

*Carmina Nuptialia*

PIETATE LITERATA OR,  
NATISSIMO VIRO

M. ADAMO FREI-  
TAGIO THORVNIENSI, GY,  
MNASII Patrj Collegæ,  
SPONSO;

&

*Castæ beneq; moratæ Virgini*

GERTRVDI, HONE-  
STI VIRI CASPARIS COL-  
MERI, CIVIS QVONDAM THO-  
runensis relicte filie, SPONSÆ:

Celebrantibus nuptias ad diem IV. Se-  
ptemb. Anno clō Iocī.

*Scripta ab Amicis, Collegis,  
& discipulis.*

---

THORVNII BORVSSORVM  
TYPIS ANDREÆ COTENII.

E. P.



*SUPPLICATIO SPONSI AD  
DEVM pro felici Coniugio.*

**A**D Maieſtatem venio, DEVS optime, ſupplex  
Augustam; & Numen pronus adoro tuum.  
Ne terrico vultu devotas respice voces;  
Sed gemitus blandâ ſuſcipe fronte meos.  
Fac benè cæpta cadant, quorum tu fautor & autor,  
“ Cum tu Dux operis, tunc benè vertit opus.  
Utq; Cananzas olim tibi viſere tædas,  
Atq; pios Sponſos cura beare fuit.  
Sic etiam noſtris felix allabere cæptis;  
Lætitia inq; merum verte doloris aquas.  
Deſicit ecce merum; omnipotens ſed dextera, Chriſte,  
Ne tuâ deſiciat, deſiciente mero.  
O Vigor alme Dei, tu primâ ab origine mundi  
Foviſti incubitu cuncta creanda tuo.  
Diſcute ſic noſtras claro ſplendore tenebras;  
Ut te ſiamus Vaſa ſovente Dej.



AD SPONSVM.

**E**X quo discipulum te, candide Sponse, recepi,  
Lustra tria atq; anni præteriére duo.  
Anno post decimo, me consuasore, petisti

LIPSIACAE hinc abiens limina docta Scholæ;  
Inde Scholarum revocatus voce, Lycei es  
Iussus Collegas inter habere locum,  
Iugenasq; feros animos mollire per artes,  
Quod facis, & magnâ sedulitate facis.

Iam nunc te video Sponsum, lætorq; videndo,  
Adjungo votis & mea vota tuis;  
Ac Tibi GERTRVDIQVE tuæ faustissima quæq;  
Verè sincero pectore & ore precor.

Conjugij vobis Autor benedicat, & omni  
Accumulet vestrum prosperitate torum;

Imprimis, ut Vos Matremq; Patremq; salutem,  
Quæis quid nominibus dulcius esse potest?

Ille velit contra Sathanæ defendere fraudes,  
Arcere &, vobis quæ nocitura videt;

Ille velit, quæcunq; tori desiderat usus,  
Municâ vobis suppeditare manu.

Tempora vos jubeat Pylæ longæua senectæ  
Atq; Sybillinos dinumerare dies;

Et tandem vitæ saturos mortalis Olympo  
Excipiat, vitâ perpetuaq; beet.

*M. Caspar Frisius L. M. F.*



## ODE NUP TIALIS.

Atos in vsum conjugij pium  
Culpare turpe est : tollite perditam  
Famam , verecundumq; amorem  
Carminibus decorate dignis.  
Vitæ jugali turpis amor Vagus  
Immane quantum discrepat : impios  
Omitte sensus , qui fuisti  
Conjugij metuendus osor.  
Vis Sponse Sponsam nunc quoq; sumere  
Desideratq; Conjugis in locum,  
Quæ reddat ex voto beatum ,  
Ipsa potest etenim , maritum :  
Sic stat voluntas ; Nunc alio modo  
Vives , receptum dum pia Sponsa te  
Non erubescendis aduret  
Ignibus , ingenuo virumq;  
Amore tollet. Quicquid habes agè,  
Depone fidum Conjugis in sinum ,  
Quanto fruèris nunc bonorum :  
Summa boni bona habetur Vxor.  
Quæ noxa , quæ vel dissoluet pium  
Fortuna nexum : nexuit hunc DEVS ;  
Ergò illigatos vos tuetur ,  
Et bonitate beat petita.

M. Cunradus Bauarus  
R. Gymna. Thor.

IOCVS EIVSDEM.

**G**Audia: FREITAGVS Carnem desiderat ipse,  
Et capit, at quæ Lex, qua teneamur erit?  
Carnes & pisces nullo discrimine edentur.  
Hoc, quia distinctum concidit omne, die

---

VOTVM NVPTIALE.

*Ut tua cæca tibi fiat GERTRUDIS, ADAME,  
Surdus ei ut fias, hoc ego Sponse precor.*

**C**onjugium felix, quod honestus glutinat ardor,  
Et morum, socia cum Pietate, decus,

Hæc Pietas tibi GERTRVDEM conjungit ADAME,

Hic & in amborum corde quiescit amor;

Ergo proculdubio vestris Concordia tædis,

Et bona Pax aderit, non peritura comes.

Tu quid at ex usu, quid non sit, dispice, Sponse,

Illa sequi studeas, ista cavere velis.

Dulcia, dixit, erunt, ALPHONSVS, vincula lecti,

Tunc ubi vir surdus, cæca virissa foret;

Surdus eris, nec cuncta statim refecabis ad unguem.

Non bona vel Sponsæ dicta vel acta tuæ,

Quod facere ex facili, quia mentis acumine polles.

Polles ingenij dexteritate, potes.

Nam cum multiplices docili perceperis artes

Mente, volutatus nocte dieq; libris;

Noveris haud dubiè, dulci cum conjugè dextrè

Vt tibi sit multa prole beanda domus;

Noris ut expediat, si quid deliquerit uxor,

Non subito teneram tundere fuste cutem.

Ah lapis est truncusq; suæ quicumq; maritæ  
Obleve delictum verberere terga secat.  
Non adeò tu sævus eris, sed pauca monebis  
Surdus, & ad quævis, oscula, verba, dabis.  
Et sic efficies, verbis vt comibus vxor  
Sit bona, verberibus nec videatur opus.

Tu quoq; GERTRVDI sis cæca, ferasq; mariti  
Nævos, & capiti disce subesse tuo;  
Hoc monuisse sat est, nam te docuere propinqui  
Omnia de quibus est Sponsa docenda, tui;  
Sic mala lis aberit, Zabolus quam spargit, & astus,  
Queis focij fatagit rumpere pacta tori  
Prospera sic aderit vobis benedictio CHRISTI,  
Atq; coronabit prosperitate domum.  
Fiet id, estis enim conjuncti sidere fausto  
Penè pares annis ambo animisq; pares.  
Estis uterq; boni, sanctissima Numina faxint,  
Omnibus vt juncti sitis uterq; bonis.

MATTH: NIZOLIVS P.



*E* tu Sponsales à me pro tempore versus,  
FREITAGI, amicorum pars nova, Sponse, petis.  
Non equidem renuo; neq; nostri paucula voti  
Verba vel ad lychnum deproperare piget.  
Euge, novis Sponsis nouacondi gaudia, CHRISTE,  
Tollat vt adgenitam dulcor amaritiem,  
Hec ego; quæ neruis verborum Hymeneus amicis  
Iam tibi vel multâ promere voce potest.  
Vel certè, crebris tibi proxima cantibus, auri  
Haut dubiè recinet Calliopea tuæ.  
Tu verò totidem repetes ea pectore gratus,  
Quot veniunt numeris verba legenda meis.

M. BARPTOL, VVILHELMI Coll. & A. T.

# SYNTAXIS NYPTIALIS.

ADAMVS & GERTRVDVLA:

Syntaxeos quæ regula? &c.

*Adiect: & Subst: eod: Gen: Num: & Casu  
conuenire debent.*

Tu qui MAGISTER artium

Es, SPONSE, liberalium:

Num vera sit collectio,

Ad regulam exemplum applica:



Agna est, DEUS, Sapientia

In omnibus rebus tuis.

In omnibus rebus tuis

Est aliqua conuenientia.

In rebus est cœlestibus,

In rebus est terrestribus

Humanioribus artibus

Est aliqua conuenientia.

Id PRIMA monstrat REGVLA

COMPENDII Scholastici:

IVNGenda quæ DVO NOMIna

GENere NVMero CASU DECet.

Subsistit unum: unum adiacet:

Hoc est prioris Epitheton:

Illud regit suum adiacens

Constructionemq; incipit.

Hæc Nominum collectio

Duorum imago est coniugum,

Quos conuenire maxime

GENere, NVMero, CASU, DECet.

Si debeat connubium

Firmum manere & integrum.

Iunguntur in connubio

Mas unus, una femina:

Subsistit hic: hæc adiacet:

Illius est & Epitheton.

Sit ille Rex domus suæ:

Prudenter & costam regat:

Subiecta masculo sit hæc:

Sit illius laus & decus.

Contrario sæpe ordine

Subsistit hæc: ille adiacet:

Peccatur hic in regulam,

VITIOSAQ; est CONSTRUCTIO.

Non hic sine illa sit regens:

Non hæc sine illo sit regens:

Vnum ubi deest vocabulum

ELLIPTICA sit Constructio.

Pro una eadem re hæc duo

(Substitit, & quod adiacet)

Habentur, ut doctis patet,

Oratione in integrâ.

Ita duo, Mas & Femina

Iunguntur arcto federe:

Est una mens: unus animus,

Duobus in corporibus.

Sed GENERE vitæ congruant:

Formæq; pulchritudine,

Aptè vca

Aptē velit qui nubere:  
 Videat parem sibi eligat.  
 Vbi rusticus cum nobili,  
 Et cum venusta sordidus  
 Arctemur, ibi certissimē  
 INEPTA fit constructio.  
 NUMERO deinde congruant:  
 Nummis pares sint & opibus:  
 Nam diuitem qui duxerit  
 Dominam sibi duxerit.  
 Qui liber est, fit subditus:  
 O quā molestam, quā grauem  
 Is seruitutem seruiet:  
 Vbi talis est ENALLAGE.

CASVS bonos: Casus malos  
 Perferre norint & pati:  
 Onus viri illa subleuet:  
 Onus suae ille subleuet.  
 Non semper in Connubio  
 Nectar bibitur dulcissimum:  
 Quandoz vinum deficit:  
 Sunt mixta latis tristitia.  
 Hec Regulae explicatio est:  
 SPONSIS precor concordiam:  
 Iucunda vita tempora:  
 Et cara lecti pignora.  
 M. Zacharias Otto.



Σὺν Θεῷ.

Ἐσι θεὸς ἄγνος, ὃς ὑπερτάτα δώματα ναῖα,  
 ζωγραφίῃ καλῇ Τερπνοῦ ἄδυρμα γάμω.  
 ὧσε γὰρ οἰκτιρῶν ἔστι γλυκύδυσμ' ἄμειπ' ὄ,  
 ἠδὲ φιλόσοφ' ὡσαντοκράτωρ ὁ θεός.  
 οὕτω καὶ ἐδέξατο πρὸς νήπια τέκνα γονῆας  
 τοῖς τὸς ἔμεναι, πῶς ἔς ἄμμε μένει.  
 τῶν ἰδίων δ' ἰοῦ σοφῶν σήπιδ' αἰ τοκῶν  
 ἐνσιφύθουκε σαφῶς καλὸν ἀγαλμα θεός.  
 Ὄφρα εὔ ἐκ θυμοῖο τὰ ἐννομα τέκνα φιλοῦσι,  
 τέκνα τε τὸς γονεῶς αὐ ἀγαπῶσιν εὐός.  
 τίμιός ἔστι γάμ' μερόσσι γλυκεῖα ἰθνήν  
 ἀσαδέ' ἔστι τὰ ἀδλία ἠδὲ βίσι.  
 Ὄτορ γὰρ εἴλη ἠγε ἕοφός γόνου, ἐς ὃ γάμοιο  
 ἠδ' ἰσον κῦδ' ὄ, σώζεται ὠξυαλέως.  
 οὕτω συζυγίῃ μερόσων γέν' αἰ σῶμα  
 ἐν κτίσει πρώτῃ ὡς δ' ἔταξε θεός.  
 Ὄτι πάλαι θνητῶν μερόσων γέν' ἠδ' ἀπώλοιο,  
 εἰ μὴ ἐν ὅσιος φαῖδ' ἰμ' ἠδὲ γάμ' ὄ.  
 ἐννομ' εὐωδῆς θάλαμος πίων' εὐανθῆς  
 ἀμήτω ἱερῶ πλῆθος ἀγρός πέλεται.  
 Ὄς γὰρ τηλεπιδάων ἠὲ καρποτόκ' ἔσθ' ἀγρῶν  
 ἀρῆσιμα πρὸς βίοτον δ' ὦρα φέρει ὁ ἀγρός.  
 οὕτως